



BANDVALIS
CALLAICVS

BREVIARIVM.AD
.TIrones.INITIA
NDOS.VT.DISCIP
VLI.HISTO
RIAM.PICTAM.
SCRIBANT.DE
PVERO.GALLAE
CO.ROMANO


VOS QVI NVMQVAM...

... linguam Latinam aut legistis aut audivistis, attendite:

I Lingua Latina Indoeuropaea lingua est, gregis Italicae.

II Hae sunt linguarum Indoeuropaearum familiae greges:


- a. Anatolica
- b. Indoiranica
- c. Graeca
- d. Italica
- e. Celtica
- f. Germanica
- g. Armenica
- h. Tocharica
- i. Baltoslavica
- j. Illyrica



III Linguae Romanicae linguae Latinae filiae sunt.

IV Hae sunt aliquot e linguis Romanicis:

- a. Sarda
- b. Romanica
- c. Italiana (vel Tusca)
- d. Neapolitana
- e. Sicula
- f. Gallaica
- g. Lusitana
- h. Hispanica
- i. Aragonica
- j. Asturiana
- k. Raetoromanicae linguae
- l. Francogallica
- m. Catalana
- n. Occitanica



V Ergo lingua Hispanica et Gallaeca linguae Latinae filiae sunt. Sed filiae sunt linguae Latinae vulgaris (filiae igitur sermonis vulgaris vel plebeii).

VI At mater et filias nimis dissimiles sunt, in primis *morphologiae* et *syntaxis* causa. Deinde in verborum constructionis ordine. Tandem pronuntiatio et *lexeis* paulum differunt.

VII Ludum faciamus ut videamus si quid linguae Latinae intellegatis, qui linguae Latinae imperiti estis. Legite initium *Genesis* liber (lingua Latina *christiana* scriptum).

In principio creavit Deus caelum et terram. Terra autem erat inanis et vacua et tenebrae super faciem

VOSOTROS QUE NUNCA...

... habéis leído o escuchado la lengua latina, prestad atención:

- I La lengua latina es una lengua indoeuropea, del grupo itálico.
- II Estos son los grupos de la familia de lenguas indoeuropeas:
 - a. Anatólico
 - b. Indoiranio
 - c. Griego
 - d. Itálico
 - e. Céltico
 - f. Germánico
 - g. Armenio
 - h. Tocario
 - i. Baltoeslavo
 - j. Ilírico
- III Las lenguas románicas son descendientes de la lengua latina.
- IV Estas son algunas lenguas románicas:
 - a. Sardo
 - b. Rumano
 - c. Italiano (o Toscano)
 - d. Napolitano
 - e. Siciliano
 - f. Gallego
 - g. Portugués
 - h. Español
 - i. Aragonés
 - j. Asturiano
 - k. Retorrománico
 - l. Francés
 - m. Catalán
 - n. Occitano
- V El español y el gallego descienden del latín. Pero descienden del latín vulgar (de modo que proceden del habla vulgar o popular).
- VI Pero madre e hijas se diferencian bastante, sobre todo en su morfología y su sintaxis. También en el orden de palabras. En cuanto a la pronunciación y el léxico difieren poco.
- VII Hagamos una práctica lúdica para ver si comprendéis algo de latín, lengua que no conocéis. Leed el comienzo del Génesis, escrito en latín cristiano.

En principio Dios creó el cielo y la tierra. Pero la tierra estaba vacía y despoblada, y había sobre la faz

abyssi et spiritus Dei ferebatur super aquas dixitque Deus fiat lux et facta est lux et vidit Deus lucem quod esset bona et divisit lucem ac tenebras...

VIII Nunc legite hunc *Satyrici* Petronii textum ^I:

Persuadeo hospitem nostrum ut mecum ad quintum miliarium veniat. Erat autem miles, fortis tamquam Orcus. Luna lucebat tamquam meridie. Venimus inter monumenta: homo meus coepit ad stelas facere; sedeo ego cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. Mihi anima in naso esse; stabam tamquam mortuus.

IX Nunc paulum videamus Apicii *De re coquinaria* ^{II}:

Vt carnes sine sale quovis tempore recentes sint: carnes recentes quales volueris melle tegantur, sed vas pendeat et, quando volueris, utere.

X Et quid si legetis exordium *Itinerarii* (vel *Peregrinationis*) Egeriae ^{III}?

Vallis autem ipsa ingens est valde, iacens subter latus montis Dei, quae habet forsitan, quantum potuimus videntes aestimare aut ipsi dicebant, in longo milia passos forsitan sedecim, in lato autem quattuor milia esse appellabant. Ipsam ergo vallem nos traversare habebamus, ut possimus montem ingredi.

XI Legite nunc excerptum de Benedicti *Regula monachorum* ^{IV}:

Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem, ubi habitant, vel aerum temperiem dentur, quia in frigidis regionibus amplius indiget, in calidis vero minus.

XII Et nunc fragmentum inscriptionis funebris (*ortographia* et textu leviter accommodatis), e Monastir (Macedonia).

...Hic iaceo qui vixi annis quinquaginta et militavi annis XXX et sum natus in provincia Dacia et militavi inter equites... Aurelia coniunx posuit titulum benemerenti caro marito suo. Resta viator et lege titulum nostrum. Dum legis et repausas.

XIII Alia inscriptio funebris modice refecta, e Lugduno.

Maspesia Silvina Valerio Messori coniugi incomparabili qui plus merebatur quam facio, cum *quem* vixi annis XXIII... Valerius Silvicola et filia fluentes lacrimis orphanitatem, qua perdierunt patrem incomparabilem..

^I s. I p.C.n. (post Christum natum)

^{II} s. IV-V p.C.n.

^{III} s. IV p.C.n.

^{IV} s. VI p.C.n.

del abismo tinieblas, y el espíritu de Dios se movía sobre las aguas. Dijo Dios: «Hágase la luz», y la luz se hizo. Y vio Dios que la luz era buena y separó la luz de las tinieblas...

VIII Leed ahora este pasaje del *Satiricón* de Petronio.

Convenzo a mi amigo de que me acompañe hasta el quinto miliario. Era un soldado fuerte como el Orco. La luna brillaba que parecía mediodía. Llegamos a la zona de tumbas. El tipo se fue a mear a las lápidas. Lo espero sentado, canturreando y contando lápidas. Cuando vuelvo a ver a mi compañero, él se despoja de toda la ropa y la pone junto al camino. Yo tenía el alma en vilo. Estaba medio muerto.

IX Veamos ahora un poco del *Arte gastronómica* de Apicio:

Para que la carne se conserve fresca sin sal el tiempo que desees: cubre la carne fresca de cualquier tipo con miel, pero cuelga el recipiente en lo alto para usar a voluntad.

X ¿Qué tal si leéis el exordio del *Itinerario o Peregrinación* de Egeria?

Ese valle es bastante grande y yace al pie de la ladera del monte divino. Tiene quizá, según pudimos estimar nosotros a simple vista, y ellos mismos decían, dieciséis millas de largo y le atribuían cuatro de ancho. Así que debíamos cruzar ese valle para poder acceder al monte.

XI Leed ahora un fragmento de la *Regla monacal* de S. Benito:

Entréguese ropa a los hermanos de acuerdo con las características del lugar y la temperatura del aire donde vivan, porque en las regiones frías se necesita más y en las calurosas menos.

XII Y ahora un fragmento de una inscripción funeraria (con leve adaptación ortográfica y textual), procedente de Monastir (Macedonia).

...Yazco aquí yo que he vivido cincuenta años. 30 años serví en el ejército. Nací en la provincia de Dacia y serví en la caballería... Mi esposa Aurelia puso esta inscripción a su querido y meritorio marido. Detente viajero y lee mi inscripción. Mientras la lees también descansas.

XIII Otra inscripción funeraria retocada moderadamente, de Lyon.

Maspetia Silvina a su esposo incomparable Valerio Mesor, que merecía más de lo que hago, con quien he vivido 34 años... Valerio Silvicola y la hija, que lloran su orfandad por la que pierden un padre incomparable...

XIV Legamus tandem textum de fluminibus Latina lingua scriptum, sed lingua reapse vulgari ¹.

Flubius Minon nascit prope Pereneum in rotunditate vertitur, ut Vegratium oppidum maritimum includit, et sic in oceanum mare precipitat et currit milia cccxii.

XV Historia linguae Latinae longa est. Nobis incipit cum antiquissimis inscriptionibus et, quoniam hodie adhuc Latine scribitur, nondum finivit.

XVI Textus Latini plurimi supersunt. Sola vita unius hominis ad omnes textus legendos non sufficit.

XVII Oro tandem ut textum inferiorem legatis et nobis dicatis ecquid intellegatis an non.

Faustulus pastor in fluvii ripa duos infantes quondam invenit. Imaginamini nunc scaenam quam Faustulus videt. Nam lupa duos infantes nutrit. Sic lupa tamquam *mamma* infantibus est. Infantes *mammam* (id est, matrem) habent, et mater lupa est. Auditisne? Lupa est tamquam mater infantium.

Faustulus tunc domum venit. Domus parva casa est. Melius dicam. Parva domus casa est. Ibi cum uxore Acca Larentia habitat. Faustulus visionem lupae cum infantibus Accae Larentiae narrat et Acca Larentia infantes videre vult.

Cum Faustulus et Acca Larentia ad ripam fluvii veniunt, lupam repellunt et infantes recipiunt. Infantes gemini sunt. Faustulus et Acca Larentia Romulum et Remum eos appellant.

Et vos, scitisne qui Romulus et Remus re vera fuerint?



Opus musivum in domo Fortunae Annonariae (Ostia Antiqua)

¹ In *Cosmographia* Iulii Honorii (s. VI ? p.C.n.) legitur: Fluvius Minio nascitur prope Pyrenaeum. In rutunditate vertitur, ut Brigantium oppidum maritimum includat, et sic se in oceanum occidentalem recipit.

XIV Leamos por último un texto sobre ríos escrito en lengua latina, pero, en realidad, en lengua vulgar.

El río Miño nace cerca de los Pirineos y traza un círculo que incluye la ciudad marítima de Vegracio¹ y así desemboca en el océano y recorre 312 millas.

XV La historia de la lengua latina es larga. Para nosotros comienza con inscripciones muy antiguas y, puesto que todavía hoy se escribe en latín, aún no terminó.

XVI Hay gran abundancia de textos latinos. La vida de una persona no basta para leer todos los textos conservados.

XVII Os sugiero que leáis el texto de aquí abajo y me digáis si entendéis algo o no.

El pastor Fáustulo encontró, en cierta ocasión, a dos niños en la orilla de un río. Imaginad la escena que ve Fáustulo, pues una loba alimenta a los dos niños. La loba es como la *mamá* de los niños. Los niños tienen una *mamá* (es decir, una madre), y la madre es una loba. ¿Estáis oyendo? La loba es como la madre de los niños.

Entonces Fáustulo llega a casa. La casa es una pequeña choza. O mejor diré: la casita es una choza. Vive allí con su esposa Aca Larencia. Fáustulo narra a Aca Larencia la visión de la loba con los niños y Aca Larencia quiere ver a los niños.

Cuando Fáustulo y Aca Larencia llegan a la orilla del río, ahuyentan a la loba y recogen a los niños. Los niños son gemelos. Fáustulo y Aca Larencia los llaman Rómulo y Remo.

¿Y vosotros sabéis quiénes fueron realmente Rómulo y Remo?

¹ Vegratium, ignotum nobis oppidum, re vera esse potest Brigantium.

PRAEFATIO

Latine scriptum

Historia picta Bandualis Callaici hic incipit. Vt historiam pictam scribatis textum Latinum vobis offerimus ita ut monologos aut dialogos (id est, colloquia) picturis additis exstruatis, tabellarum pictarum specie.

Primum quis Bandualis Callaicus sit paulum dicere oportet.

Bandualis Callaicus, puer quindecim annos natus, saeculo III post Christum natum exeunte in oppido hodie Vico appellato vivit. Re vera, hoc oppidum Castrum adhuc appellamus. Nunc tamen sub terra montis Castrum vetus oppidum iacet. Sed exeunte III saeculo hic locus habitatur. Vicus vel urbicula est sub dominatione Romana.

Tempore in quo Bandualis puer vivit (Diocletiano et Maximiano Augustis) mores consuetudinesque Gallaecorum iam Romani sunt atque etiam aliquid Celtarum eis permanent.

Bandualis Callaicus filius Bandualis Callaici est. Idem est nomen patri atque filio. Matrem Bandualis Iulia Devia appellant. Sororcula Bandualis Quartilla Callaica est. De his et pluribus personis notitiam dehinc habebitis...

Hispanice scriptum

Comienza aquí la Historia gráfica de Bandual Galaico. Para que podáis escribir la historia gráfica os ofrecemos el texto en latín, de modo que construyáis monólogos y diálogos (es decir, conversaciones) acompañados de dibujos, a la manera de un cómic.

En primer lugar hay que decir algo acerca de quién es Bandual Galaico.

Bandual Galaico, un chico de quince años, vive a finales del s. III d.C. en la ciudad que hoy se llama Vigo. En realidad, aún hoy llamamos a esta ciudadela el Castro. Pero ahora el viejo poblado yace bajo la tierra del Monte del Castro. Si bien, al término del s. III este lugar está habitado. Es una aldea o poblado que está bajo la dominación romana.

En la época en que el joven Bandual vive (siendo augustos Diocleciano y Maximiano) los usos y costumbres de los galaicos son plenamente romanos, pero también conservan aspectos celtas.

Bandual Galaico es hijo de Bandual Galaico. El padre y el hijo tienen el mismo nombre. La madre de Bandual se llama Julia Devia. La hermanita de Bandual es Cuartilla Galaica. Sobre estos y más personajes iréis teniendo noticia a partir de ahora...

IMAGINES AD INCITANDAM MENTEM

Oppidum monte Castro situm fictum



Descriptio tabularum pictarum

- I Oppidum supra montem videmus. Oppidi domus in collis latere sunt. Domos quas videmus casas appellamus. Casae parvae et rotundae habitationes sunt et tamquam rotae sunt. Murus circa oppidum est. Sub monte mare procul videre possumus.
- II Fumus e casis exit. Homines per vias ambulant. Homo quidam sues suos (sc. porcos) custodit et curat.
- III Homines laborantes videmus. Primus homo ferrarius est. Ignis gratia formam ferro dat. Alter homo sues suos custodit et curat. Tertius homo ligna portare domum videtur.
- IV Nocte feminae et viri inter se loquuntur. Quid volunt? Quid quaerunt? Nescimus, sed femina quaedam facem et viri ambo bacula portant.

Interpretatio

- I *Vemos un poblado sobre el monte. Las casas del poblado estan en la ladera. Llamamos chozas a las casas que vemos. Las chozas son habitáculos pequeños y circulares, y son como ruedas. Hay un muro alrededor del poblado. Al pie del monte podemos ver a lo lejos el mar.*
- II *Sale humo de las chozas. Camina gente por las calles. Un hombre vigila y se ocupa de sus cerdos (o sea, puercos).*
- III *Vemos gente trabajando. El primer hombre es un herrero. Gracias al fuego da forma al hierro. El segundo hombre vigila y se ocupa de sus cerdos. El tercer hombre parece que lleva leña a casa.*
- IV *De noche mujeres y hombres conversan unos con otros. ¿Qué quieren? ¿Qué buscan? No sabemos, pero una mujer lleva una antorcha y dos hombres llevan bastones.*

Burbida forsan!



Descriptio tabularum pictarum

- I Litus cum portu videmus. In litus parvae domus petreae cum tegulis in tectis sunt. Apud portum parvam navem videmus. Estne origo antiquae Burbidae? Nescimus.
- II In portu homines laborantes videre possumus. Navis portui alligata est. In terra sunt amphorae et vasa fictilia, id est, e luto facta. Vasa oleum, vinum, garum continent. In pictura tres viri et una femina sunt.
- III In urbicula femina ambulans fictile portat. Forsam aut vas vinarium aut aqua plena hydria est. Vetulus vir sedet prope feminam. Hic vir rete piscatorium manibus componit.
- IV Dum feminae inter se loquuntur ad domus portam, duo pueri in via talis ludunt. Quid sint tali, fortasse requiritis. Tali parva ossa sunt, ex articulis posteriorum crurum ovium vel caprarum sumpta, quibus pueri et adulti antiqui ludebant vel sortes trahebant.

Interpretatio

- I *Vemos la costa con un puerto. En la costa hay casitas de piedra con techos de teja. Junto al puerto vemos una embarcación pequeña. ¿Es el origen de la antigua Burbida? No sabemos.*
- II *En el puerto podemos ver gente trabajando. La embarcación está amarrada al puerto. En tierra hay ánforas y vasijas moldeadas, esto es, hechas de barro. Los recipientes contienen aceite, vino, garo. En la imagen hay tres hombres y una mujer.*
- III *En la aldea una mujer lleva caminando una vasija. Quizá es un recipiente de vino o una hidria llena de agua. Un anciano está sentado junto a la mujer. Este hombre está reparando con las manos una red de pesca.*
- IV *Mientras conversan las mujeres junto a la puerta de casa, dos niños jueban en la calla a las tabas. Quizá te preguntas qué son tabas. Las tabas son huesecillos sacados de las articulaciones de las patas traseras de ovejas y cabras con las que los niños y los adultos de la antigüedad jugaban o echaban a suertes.*

Turonii Salinae



Turonii Garum



Descriptio tabularum pictarum

- I Homines videmus qui prope mare laborant. In litore arenoso sunt nam salinatores sunt. Salem ex aqua maris sole siccata obtinent. In pictura sunt etiam parva aedificia quae cellaria tabernaeve fortasse sunt.
- II Nunc homines videmus vasa piscibus plena portantes. Proximus est vir qui pisces aut in piscina sali destinatos aut in lacu garario ad garum conficiendum cumulat.

Interpretatio

- I Vemos gente que trabaja junto al mar. Está en el litoral arenoso porque son salineros. Obtienen sal del agua del mar secada al sol. En la imagen también hay pequeñas construcciones que son quizá almacenes o negocios.*
- II Ahora vemos gente llevando recipientes llenos de peces. Hay un hombre cerca que acumula peces para salar en un estanque o en un lagar para elaborar garo.*

Scaenae vitae cottidianae in litorali vici



Descriptio tabularum pictarum

- I In litore Burbidae viri feminaeque et pueri laborant. Alii vasa fictilia claudunt alii aut patellas vimineas aut canistra portant. Naves ad ripam maris conspicerere possumus.
- II Tres viri, nescimus utrum liberi an servi, in salinis Turonii laborant sales rastris colligentes, nam salinatores sunt. Monticulos salis et paulo longius conspicerere possumus.
- III Cadit nox. Femina pannum consuens domi sedet. Catini fictiles et urcei super mensam ligneam sunt. Ignis in foco lucet.
- IV Nox est in portu. Feminam dis oranti similem ab hominibus cum facibus in manibus circumdatam videmus. Quid faciant nescimus. Fortasse piscatorum nocturnorum adventum exspectant.

Interpretatio

- I *En la playa de Burbida están trabajando hombres, mujeres y niños. Unos cierra recipientes de barro otros llevan bateas de mimbre o cestos. Podemos ver embarcaciones en la orilla del mar.*
- II *Tres hombres, ignoramos si libres o esclavos, trabajan en las salinas de Turonio recogiendo sal con rastrillos, ya que son salineros. Podemos ver también un poco más lejos unos montículos de sal.*
- III *Cae la noche. Una mujer que cose un paño está sentada en casa. Hay cuencos de barro y jarras sobre la mesa de madera. El fuego brilla en el hogar.*
- IV *Es de noche en el puerto. Vemos a una mujer, que parece rogar a los dioses, rodeada de gente con antorchas en las manos. No sabemos qué están haciendo. Quizá están esperando la llegada de los pescadores que faenan de noche.*

Familia Bandualis Callaici



Imagines superiores, a sinistra in dexteram: Bandualem Callaicum patrem et Bandualem Callaicum filium videatis.

Imagines inferiores, a sinistra in dexteram: Iuliam Deviam matrem et Quartillam Callaicam filiam cum cane suo videatis.

I. SALVTATIO

- I **BANDVALIS:** Salve! Ego^I te saluto. Ego tibi salutem dico. Ego te saluto, nam tibi *salutem* dico. Ego tibi salutem exopto, nam salutare salutem alicui exoptare est.
- salve!: ¡hola!
saluto: saludo
tibi: a ti
salutem: salud
nam: pues
alicui: a alguien
- II **BANDVALIS:** Salvete omnes! Ego vos saluto. Ego vobis salutem dico. Ego vos saluto, nam vobis salutem dico. Ego vobis salutem exopto.
- salvete!: ¡hola!
vobis: a vosotros
dico: digo
exopto: deseo
- III **BANDVALIS:** Ego puer vobis salutem dico. Ego puerum te saluto. Ego puer sum et tu puer es. Nos pueri sumus et nos salutamus.
- puer/puerum: niño,
chico
sum/es: soy/eres
sumus: somos
salutamus: saludamos
- IV **QVARTILLA:** Ego puella vobis salutem dico. Ego puellam te saluto. Ego puella sum et tu puella es. Nos puellae salutamus.
- puella/puellam: niña,
chica

^I Pronombres personales:

Ego, me, mei, mihi	→ yo, me, de mí, a mí
Tu, te, tui, tibi	→ tú, te, de ti, a ti
Nos, nostrum, nobis	→ nosotros, nos, de nosotros, a nosotros
Vos, vestrum, vobis	→ vosotros, vos, de vosotros, a vosotros

- V **BANDVALIS:** Ego puer te puellam saluto¹. Tu puella me puerum salutas. Puella, ego te saluto. Puer, ego te saluto! Puella, ego puer te puellam saluto! Puer, ego puella te puerum saluto! Pueri puellaeque, ego vos saluto! Ego vos, pueros puellasque, saluto.
- saluto/salutas:
saludo/saludas
pueri puellaeque: chicos y chicas
pueros puellasque: chicos y chicas
- VI **NARRATOR:** Puer puellam salutat et puella puerum salutat. Puer et puella se salutant.
- salutat: saluda
se: se
- VII **NARRATOR:** Pueri puellas salutant et puellae pueros salutant. Pueri et puellae se salutant.
- pueri/pueros: niños, chicos
puellae/puellas: niñas, chicas
- VIII **NARRATOR:** Quae est salus? vel Quid est salus? Salus valetudo corporis mentisque est. Si valetudinem habeo, salutem habeo. Si salutem habeo, salvus sum.
- salus/salutem: salud, salvación
valetudo/valetudinem: buena salud
corporis mentisque: de cuerpo y de mente
habeo: tengo
salvus: sano y salvo

¹ Presente de indicativo activo del verbo *saluto*:

saluto, salutas, salutat, salutamus, salutatis, salutant

RECUERDA BIEN ESTAS TERMINACIONES VERBALES:

-O, -S, -T, -MVS, -TIS, -NT

- IX **NARRATOR:** Quae est^I urbs? vel Quid est urbs?
 Vrbs locus est ubi homines habitant. Placentne
 tibi urbes?
- urbs: ciudad
 ubi: donde
 placent: agradan, gustan
 -ne: se emplea en
 interrogaciones
- X **NARRATOR:** Quae est oliva? vel Quid est oliva?
 Oliva arbor est quae olivas fert. Placentne tibi
 olivae?
- oliva: olivo, oliva
 quae: que (*pron. relativo*)
 fert: da, produce
- XI **NARRATOR:** Quae est olivaria urbs? vel Quid est
olivaria urbs? Vrbs ubi olivae sunt olivaria urbs
 est. Olivaria urbs olivas habet^{II}. Vicus olivas
 habet, nam olivaria urbs est. Vicus unam olivam
praeclaram habet. Vicus olivaria urbs est quae
 unam olivam praeclaram habet.
- olivaria: que tiene olivos
 (olívico)
 vicus: aldea
 Vicus: Vigo
 olivam praeclaram: un
 olivo célebre
- XII **BANDVALIS:** Ego urbem habito. Tu urbem
 habitas. Puer urbem habitat. Puella urbem
 habitat. Nos urbem habitamus. Vos urbem
 habitatis. Pueri puellaeque urbem habitant.
- Presente de indicativo
 activo del verbo *habito*
- habito
 habitas
 habitat
 habitamus
 habitatis
 habitant

^I El verbo ser/estar en latín es irregular y muy importante por su uso.

APRENDE LAS FORMAS DEL PRESENTE DE INDICATIVO:

SVM, ES, EST, SVMVS, ESTIS, SVNT

Compara sus terminaciones con las terminaciones verbales vistas anteriormente.

^{II} Presente de indicativo activo del verbo *habeo*:

habeo, habes, habet, habemus, habetis, habent

XIII **BANDVALIS:** Ego homo sum et urbem habito^I. Nos homines urbes habitamus. Vrbs ubi habito Vicus est. Ego olivariam urbem habito. Et tu? Et vos? Nos olivariam urbem habitamus.

XIV **NARRATOR:** Quae est *Latina lingua*? vel Quid est *Latina lingua*? Lingua tamquam rete verborum est. Latina lingua Latina verba habet. Latina lingua tamquam mater Romanicarum linguarum est. Latina lingua Romani Imperii lingua est.

rete verborum: red de palabras
verba: palabras
tamquam: como

XV **NARRATOR:** Quid est *discere*? Cum in aliquam rem studeo, disco. Cum mente prendo, disco. Si satis disco, doctus sum. Ego Latinam linguam disco. Tu Latinam linguam doces. Ego disco linguam quam tu doces.

discere: aprender
in aliquam rem: en alguna cosa
studeo: me afano, me empeño, estudio
mente: con la mente
prendo: capto, tomo, adquiero
satis: bastante, suficiente
doces: enseñas
quam: que (*pron. relativo*)

XVI **NARRATOR:** Sunt plurimae linguae in omni orbe terrarum. In urbe ubi habito duae linguae sunt, Gallaeca et Hispanica, nam duae linguae homines hic loquuntur. Sic dici potest: hic nunc Gallaece et Hispanice^{II} loquimur.

in omni orbe terrarum: en todo el mundo (*lit.* en todo el círculo de tierras)
hic: aquí
loquuntur: hablan
dici potest: puede decirse

^ITERMINACIONES VERBALES:

Presentes de indicativo activos de la 1ª conjugación: -O, -AS, -AT, -AMVS, -ATIS, -ANT

Presentes de indicativo activos de la 2ª conjugación: -O, -ES, -ET, -EMVS, -ETIS, -ENT

^{II} Del adjetivo *Gallaecus* (galaico, gallego) deriva el adverbio *Gallaece* (en modo/a la manera galaica/en gallego); igualmente a partir del adjetivo *Hispanicus* (hispanico, español) deriva el adverbio *Hispanice* (en modo/a la manera hispánica/en español).

- XVII **NARRATOR:** Olim homines hic Latine locuti sunt. Tunc Latina lingua paene in omni orbe terrarum est. Homines hic Latine et Celtice forsitan loquebantur.
locuti sunt: hablaron
tunc: entonces, en ese momento
forsitan: quizá
loquebantur: hablaban
- XVIII Homo qui discit¹ discipulus est. Puer qui discit discipulus et puella quae discit discipula. Pueri puellaeque qui discunt discipuli discipulaeque sunt.
qui: que (*pron. relativo*)
NOMINATIVO SG. / PL.
ACUSATIVO SG. / PL.
puella / puellae (f)
puellam / puellas
puer / pueri (m)
puerum / pueros
homo / homines (m)
hominem / homines
- XIX **NARRATOR:** Ego vivo in XXI (primo et vicesimo) saeculo. In XXI saeculo post Christum natum. Vivisne et tu in XXI saeculo? Vivitisne vos in XXI saeculo? Sed, quid est *saeculum*? Saeculum centum anni sunt. Annus CCCLXV (trecentum sexaginta et quinque) dies habet. Bandualis in III (tertio) saeculo vivit.
NOMINATIVO SG. / PL.
ACUSATIVO SG. / PL.
saeculum / saecula (n)
saeculum / saecula
- XX **NARRATOR:** Bandualis nos amicos posteritatis appellat. Quid est *posteritas*? Posteritas tempus posterius est. Bandualis ante quam nos vixit. Nos post Bandualis tempus vivimus.
posteritas: posteridad
vixit: vivió

¹ Presente de indicativo del verbo *disco*:

disco, discis, discit, discimus, discitis, discunt

TERMINACIONES VERBALES


Presentes de Indicativo de la 3ª conjugación: -O, -IS, -IT, -IMVS, -ITIS, -VNT

Exempli gratia Bandualis salutationis in historia picta



REPASO GRAMATICAL

- 1 Alfabeto y pronunciación del latín
- 2 Clases de palabras en latín
- 3 Pronombres personales
- 4 Verbo sum: Presente de indicativo.
- 5 Verbos de la conjugación regular (1ª, 2ª, 3ª, 4ª): Presente de indicativo activo.
- 6 Sustantivos y Adjetivos: Nominativo y Acusativo singular / plural.



REVISIO GRAMMATICALIS

Breviter de pronuntiatione

Voces Latinas acute pronuntiare nos decet. Re vera, quod *magnetophonicae* incisiones servatas non habemus, sonitus reficere debemus. Statim enim coniecturalem sed cum causa et ratione pronuntiationem proponimus.

Litterae Latinae quas *alphabetum* appellamus:

Grandes: A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Minutae: a b c d e f g h i (j)^I k l m n o p q r s t u (v)^{II} x y z

Phonologice scriptae:

/a/ /b/ /k/ /d/ /e/ /f/ /g/ /h/ /i/ /y/ /k/ /l/ /m/ /n/ /o/ /p/ /k^w/ /r/ /s/ /t/ /u/
/w/ /ks/ /ü/ /ts/

Nomina litterarum Hispanice pronuntiata:

a, be, ke, de, e, ef, gue, ha (h = aspiratio), i, ka, el, em, en, o, pe, ku, er, es, te, u, iks, ü psilon, tseta.

Quinque vocales vel litterae sonantes:

A E I O V

Ad has Litteram Graecam sonantem addimus:

Y

Vocales sunt aut breves aut longae, sed quantitatem Latine scribentes non notamus. Aliquando autem videatis:

Breves notatas: ä ë ï ö ü

Longas notatas: ā ē ī ō ū

Duae vocales ante alias vocales tamquam consonantes pronuntiare possumus:

I /ya/ /ye/ /yi/ /yo/ /yu/

V /wa/ /we/ /wi/ /wo/ /wu/

Vocales duplae esse possunt, *diphthongi* aliter nuncupati:

AE /ai/ OE /oi/ EV /ew/

AV /aw/

XVI litterae Latinae consonantes:

^I Litteram j vir humaniorum litterarum studiosus Petrus Ramus saeculo XVI in alphabetum Latinum inseruit.

^{II} Littera v haud ignota in Anteriore Medio Aevo fuit.

B C D F G K L M N P Q R S T X Z

Quas denuo ordinare possumus:

Occlusivae litterae	fricativae	nasales	vibrans	laterale
B D G	F	M	R	L
P T C K Q	S	N		

Consonantes duplae:

X

Z¹

Nunc necesse est cum magistro pronuntiationem viva voce legendo meditari.

Accentus

Quantitas paenultimarum syllabarum verborum accentus locum circumscribit.

Si paenultima syllaba longa est, accentum accipit.

Si paenultima syllaba brevis est, syllaba antepaenultima accentum accipit.

Qualis est syllaba longa? Syllaba longa aut vocalem longam aut diphthongum aut vocalem clausam habet.

Qualis est syllaba brevis? Syllaba brevis est in qua vocalis brevis in syllaba aperta est.

E.g. Paenultima syllabae longae: sal-**vē**-te | Gal-**lae**-cus | pa-**rĕn**-tes
Pronuntiatio: /sal-**vé**-te/ /Gal-**lái**-kus/ /pă-**rĕn**-tēs/

Paenultima syllaba brevis: Gal-lae-**ċ**-a
Pronuntiatio: /Gal-**lái**-ki-a/

Partes orationis

Nomen	Verbum	Adverbium	Interiectio
Epithetum		Praepositio	
Pronomen		Coniunctio	

In latina Lingua articuli non sunt!

Pronomina personalia

CASVS		Prima persona	Altera persona
SG	N.	ego	tu
	V.	---	tu
	A.	me	te
	G.	mei	tui
	D.	mihi	tibi
	Ā.	me	te
PL	N-V-A.	nos	vos
	G.	nostrum/-i	vestrum/-i
	D-Ā.	nobis	vobis

¹ In verbis Graeci originis.

Sum, esse (copulativum verbum status)

Praesens Indicativus

I	sg.	su-m
II		es-(s)
III		es-t
I	pl.	su-mus
II		es-tis
III		su-nt

Infinitivus

es-se

Habito, habitare (coniugatio I)

Praesens Indicativus Activus

I	sg.	habit-o
II		habita-s
III		habita-t
I	pl.	habita-mus
II		habita-tis
III		habita-nt

Infinitivus

habita-re

Habeo, habere (coniugatio II)

Praesens Indicativus Activus

I	sg.	habe-o
II		habe-s
III		habe-t
I	pl.	habe-mus
II		habe-tis
III		habe-nt

Infinitivus

habe-re

Scribo, scribere (coniugatio III)

Praesens Indicativus Activus

I	sg.	scrib-o
II		scribi-s
III		scribi-t
I	pl.	scribi-mus
II		scribi-tis
III		scribu-nt

Infinitivus

scrib-re

Munio, munire (coniugatio IV)

Praesens Indicativus Activus

I	sg.	muni-o
II		muni-s
III		muni-t
I	pl.	muni-mus
II		muni-tis
III		muniu-nt

Infinitivus

muni-re

Nomina

Declinatio I		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	puell-a	puell-ae
	Accusativus	puell-am	puell-as

Declinatio II		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	puer- discipul-us	puer-i discipul-i
		saecul-um ^I	saecul-a
	Accusativus	puer-um discipul-um	puer-os discipul-os
		saecul-um	saecul-a

Declinatio III		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	urb-s	urb-es
		nomen- ^{II}	nomin-a
	Accusativus	urb-em	urb-es
		nomen-	nomin-a

^I Verba declinationis II neutra alias terminationes ac masculina et feminina accipiunt.

^{II} Verba declinationis III neutra alias terminationes ac masculina et feminina accipiunt.

DESINENTIAE VEL TERMINATIONES

NOMINA ET EPITHETA

		I	II		III	
		(f./m.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)	(n.)
Sg.	N.	-a	-us / -er	-um	<i>¿?</i>	<i>¿?</i>
	A.	-am	-um	-um	-em	""
Pl.	N.	-ae	-i	-a	-es	-a
	A.	-as	-os	-a	-es	-a

II. INTRODUCTIO

I **BANDVALIS:** Ego Bandualis Callaicus sum. Bandualis primum nomen mihi est. Bandualis praenomen mihi est. Callaicus alterum nomen mihi est. Re vera *nomen* mihi est. Bandualis et Callaicus nomina mihi sunt. Bandualis et Callaicus praenomen et nomen mihi sunt. Dicere tamen possum: Bandualis Callaicus totum nomen mihi est.

mihi est: tengo
mihi sunt: tengo
tamen: no obstante
totum: todo (completo)

EXEMPLVM DE VIRI ROMANI NOMINE

PRIMUM NOMEN = PRAENOMEN = PVBLIVS
ALTERVM NOMEN = NOMEN = CORNELIVS
TERTIVM NOMEN = COGNOMEN = SCIPIO
QVARTVM NOMEN = AGNOMEN = AFRICANVS

II **NARRATOR:** Quid est *nomen*? Nomen verbum est quo homines nos appellant. Nomen hominem monstrat. Nos nomine noti sumus. Pater et mater nomen nobis infantibus dant. Pater et mater parentes sunt, ergo parentes nomen nobis dant vel imponunt. Et sic nomina nos habemus. Si nomen habeo, et dicere possum: nomen mihi est.

quo: con el que (pron. relativo)
monstrat: señala
nomine noti sumus: se nos conoce por el nombre
infantibus: siendo niños
ergo: por tanto
imponunt: imponen
nomen mihi est: yo me llamo

III **NARRATOR:** Si Romanus sum, tria nomina habeo, ergo tria nomina mihi sunt. Primum nomen praenomen est. Alterum nomen nomen est. Tertium nomen cognomen est. Romani tria nomina habent, ergo tria nomina Romanis sunt. Et tu, quot nomina habes? Quot nomina tibi sunt? Et vos, quot nomina habetis? Quot nomina vobis sunt?

quot: cuántos

- IV **BANDVALIS:** Ego, Bandualis Callaicus, Bandualis Callaici filius sum. Pater meus Bandualis Callaicus est. Et pater et filius Bandualis Callaicus sumus. Simile nomen habemus. Simile nomen nobis est. simile: semejante
- V **BANDVALIS:** Ego sum XV (quindecim) annos natus. Bandualis puer XV annos natus est. Ego sum Gallaecus. Bandualis Gallaecus puer est. Bandualis in Gallaecia natus est. Bandualis mater Gallaeca est. Bandualis pater Gallaecus est. Bandualis parentes Gallaeci sunt. Omnes¹ tres Gallaeci sunt, et pater et mater et filius. natus: nacido
Gallaecus: galaico, gallego
omnes: todos
- VI **NARRATOR:** Bandualis etiam Romanus est, nam Bandualis parentes Romani sunt. Sic Bandualis Callaicus Gallaecus et Romanus est. Parentes eius Gallaeci et Romani sunt. Quomodo esse potest? Quomodo una esse possunt Gallaeci et Romani, Bandualis et parentes eius? eius: de él, suyo(s)
quomodo: cómo
una: a la vez
- VII **NARRATOR:** Saeculo III (tertio) exeunte, omnes Gallaeci cives Romani sunt. Aliter dicam, omnes Gallaeci cives Romani fiunt. Non omnes Romani Gallaeci sunt, sed omnes Gallaeci Romani sunt. aliter dicam: lo diré de otro modo
fiunt: se hacen, se convierten en

¹ En general, los adjetivos se declinan de forma similar a los sustantivos. Por tanto, presentan las mismas terminaciones. Pero hay algo muy importante que diferencia la morfología de adjetivos y sustantivos. Nos referimos a la categoría gramatical de género. Cualquier adjetivo puede asumir cualquier género gramatical (recordad que en latín hay género masculino, femenino y neutro). Esto puede tener repercusiones en las terminaciones. Veamos un par de ejemplos:

	MASC.	FEM.	NEUTRO.
N. sg.:	Gallaecus	Gallaeca	Gallaecum
N. sg.:	omnis	omnis	omne

En los ejemplos hemos puesto solo el Nominativo singular de dos adjetivos. El primero pertenece a lo que llamaremos Adjetivo 2-1-2 y el segundo al modelo Adjetivo 3-3.

REPASO GRAMATICAL

I Adjetivos.

REVISIO GRAMMATICALIS

Epitheta

Epitheta, vel nomina adiectiva, paulum a ceteris nominibus *morphologice* differunt. Tria genera cuique epitheto sunt, unum autem genus cuique nomini.

Duorum epithetorum declinationem observetis:

CASVS	M.	F.	N.
N. sg.	parvus	parva	parvum
A. sg.	parvum	parvam	parvum
N. pl.	parvi	parvae	parva
A. pl.	parvos	parvas	parva

II - I - II

CASVS	M. F.	N.
N. sg.	notabilis	notabile
A. sg.	notabilem	notabile
N. pl.	notabiles	notabiles
A. pl.	notabiles	notabiles

III - III

PRIMA PARS

QVOMODO GALLAECI VITAM AGIMVS (I)?

I VRBICVLAE ET CASAE

I **BANDVALIS:** Ego, Bandualis Callaicus, in oppido prope mare habito¹. Oppidum meum tamquam parvus vicus est. Vicus tamquam urbicula est, sed urbicula munita. Oppidum meum prope mare nuncupare potestis urbiculam, vicum, pagum, oppidulum, castrum vel villagium. Urbicula, vicus, pagus, etc., parva loca sunt.

vicus: aldea
urbicula: aldea, poblado, pequeño núcleo urbano
pagus: aldea
oppidulum: pequeño poblado
castrum: castro, fortaleza
villagium: aldea

II **BANDVALIS:** Urbicula mea paucas domos habet. Et urbiculae domus intra muros sunt. Maxima pars domorum intra muros est.

III **BANDVALIS:** Plurimi Gallaeci in urbiculis habitant. Plurimae urbiculae in Gallaecia sunt. Aliquot e Gallaecis in villis rusticis habitant. Villa rustica domus extra muros est. Pauci Gallaeci in urbibus habitant. Vrbes more Romano conditae sunt. Vrbes more Romano conditae coloniae Romanae sunt.

plurimi: muchísimos
aliquot: algunos
villa rustica: casa de campo, granja
urbes: ciudades
more Romano: de estilo romano
conditae sunt: se fundaron
coloniae: colonias

¹ NEUTROS DE LA 2ª Y 3ª DECLINACIÓN:

N.V.A. sg. oppidum tempus mare

N.V.A. pl. oppida tempora maria

- IV **BANDVALIS:** Magnum oppidum Bracara Augusta est. Bracara Augusta tamquam colonia Romana nunc est. Fere centum milia a nostra urbicula usque ad Bracaram Augustam^I sunt. Aliae urbes nostrae urbiculae proximae sunt. Tude et Aquae Celenae^{II} parvae urbes non longe a nostra urbicula sunt.

fere: casi,
aproximadamente
milia: millas
aliae: otras

ALIQVOT LOCORVM NOMINA IN GALLAECIS VIIS

BRACARA AVGVSTA (ciudad, hoy Braga)

TVDE (ciudad, hoy Tuy)

AQVAE CELENAE (mansión, ¿en Caldas de Reis?)

- V **BANDVALIS:** Quid est urbiculae meae nomen? Olim vos *Vicum* appellabitis. *Vicus* olivaria urbs post Medium Aevum erit. Nostrae aetatis urbiculae nomen in perpetuum evanescet.

erit: será
evanescet: desaparecerá

- VI **BANDVALIS:** Oppidum hodie nostrum, cras vestrum, *Vicum* dicemus. Alia nomina urbiculae nostrae proposita: Burbida? Turonium? Vicus Spacorum?^{III}

^I El documento conocido como *Itinerario (de) Antonino* recoge información sobre distintas carreteras importantes del Imperio Romano. Data, según parece, del s. III d.C. La información refiere la distancia entre las principales ciudades del Imperio unidas por distintas *mansiones* (posadas, paradores) donde los viajeros podían detenerse a descansar o pernoctar.

^{II} Es controvertida la ubicación de *Aquae Celenae* ya que hoy por hoy resulta confusa la información duplicada que ofrece el *Itinerario Antonino* sobre la ubicación de esta mansión.

^{III} Tanto Burbida como Turonium aparecen en el *Itinerario Antonino*. En cuanto a Vicus Spacorum la situación es algo más compleja, desde la interpretación misma del topónimo.

- VII **BANDVALIS:** Parvae sunt domus urbiculae nostrae et parvas domos casas nuncupamus. Casae nostrae lapideae sunt. Vestrae domus lapideae olim erunt. Vestrae domus maiores quam nostrae erunt. Casae nostrae aliae culmum, aliae tegulas habent. Vestrae domus non culmum sed tegulas tantum habebunt. Casarum nostrarum forma nonnumquam rotunda est, sed quadrata interdum et oblonga esse potest^I.
- casas: chozas
lapideae: de piedra
olim erunt: serán algún día
aliae ... aliae: unas ... otras
culmum: colmo, techo de paja
tegulas: tejas
tantum: solamente
habebunt: tendrán
nonnumquam: a veces
oblonga: más larga que ancha
- VIII **BANDVALIS:** Forma casarum animalium in quadram est. Casae quadratae animalibus sunt^{II}. In casis quadratis animalia dormiunt. Neque canes neque feles sub tecto intra domos dormiunt^{III}.
- in quadram: cuadrada
quadratae: cuadradas
neque ... neque: ni ... ni
- IX **BANDVALIS:** Casae nostrae intra muros cunctae sunt. Viae inter casas sinuosae serpunt. Agri et horti sunt extra muros. Omnes Gallaeci agrarios labores exercemus. Gallaeci officia varia exercemus. Vos quidem olim officium quoddam exercebitis.
- cunctae: todas juntas
sinuosae: sinuosas
serpunt: serpentean, reptan
quidem: ciertamente
quoddam: algún
exercebitis: ejerceréis

^I Presente de Indicativo de *possum*:

possum, potes, potest, possumus, potestis, possunt

Recordad que *possum* es un compuesto de *sum*: < *pot- (capaz) + sum (ser)


^{II} Recordad estructura típica del latín para expresar posesión: *casae animalibus sunt* → los animales tienen chozas.

^{III} Presente de indicativo de *dormio*:

dormio, dormis, dormit, dormimus, dormitis, dormiunt

REPASO GRAMATICAL

- I Preguntas y respuestas
- II Sustantivos en N-A-G
- III Adjetivos en N-A-G
- IV Verbo sum y possum: Presente de indicativo y Futuro de indicativo.
- V Verbos de la conjugación regular (1ª, 2ª, 3ª, 4ª): Presente y Futuro de indicativo activo.



REVISIO GRAMMATICALIS

Formulae interrogationis responsionisque

Duae sunt interrogandi facultates:

Si quid scire vultis verum an falsum sit, hoc modo rogare debetis:

- ne ... ? *Vultisne grammaticae studere?*
Volumus. / Ita vero. / Minime nunc.
- num ... ? *Num grammaticae studere vultis?*
Minimissime !
- utrum ... an ... ? *Vtrum grammaticae studere an pila ludere vultis?*
Qualem quaestionem rogas? Nihil ut commentemur.

Si alias res scire vultis, verbis interrogativis uti debetis:

- quis ... ? *Quis ego sum?*
Bandualis Callaicus sum. / Bandualis nominor.
- quid ... ? *Quid fecisti?*
Librum de mea vita scripsi.
- ubi ... ? *Vbi sunt qui ante nos vixerunt?*
Nescio, sed quaere sis^{II} in defunctorum sedibus.
- quomodo ... ? *Quomodo Gallaeci vitam agunt?*
Necesse erit totum librum legere ad hoc sciendum.
- cur ... ? *Cur Latinae linguae studetis?*
Non solum quod Linguam Latinam maxime amamus, verum etiam per obligationem.

Nomina

	Declinatio I	Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	puell-a	puell-ae
	Accusativus	puell-am	puell-as
	Genetivus	puell-ae	puell-arum

^I Id est, *hyperbolice*, plus quam minime.

^{II} *sis* = si vis

Declinatio II		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	puer- discipul-us	puer-i discipul-i
		saecul-um ^I	saecul-a
	Accusativus	puer-um discipul-um	puer-os discipul-os
		saecul-um	saecul-a
	Genetivus	puer-i discipul-i	puer-orum discipul-orum
		saecul-i	saecul-orum

Declinatio III		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus	urb-s	urb-es
		nomen- ^{II}	nomin-a
	Accusativus	urb-em	urb-es
		nomen-	nomin-a
	Genetivus	urb-is	urbi-um
		nomin-is	nomin-um

Epitheta

II - I - II

III - III

CASVS	M.	F.	N.
N. sg.	parvus	parva	parvum
A. sg.	parvum	parvam	parvum
G. sg.	parvi	parvae	parvi
N. pl.	parvi	parvae	parva
A. pl.	parvos	parvas	parva
G. pl.	parvorum	parvarum	parvorum

CASVS	M. F.	N.
N. sg.	notabilis	notabile
A. sg.	notabilem	notabile
G. sg.	notabilis	
N. pl.	notabiles	notabiles
A. pl.	notabiles	notabiles
G. pl.	notabilium	

^I Verba declinationis II neutra alias terminationes ac mascula et feminea accipiunt.

^{II} Verba declinationis III neutra alias terminationes ac mascula et feminea accipiunt.

DESINENTIAE VEL TERMINATIONES

NOMINA ET EPITHETA

		I	II		III	
		(f./m.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)	(n.)
Sg.	N.	-a	-us / -er	-um	¿?	¿?
	A.	-am	-um	-um	-em	""
	G.	-ae	-i		-is	
Pl.	N.	-ae	-i	-a	-es	-a
	A.	-as	-os	-a	-es	-a
	G.	-arum	-orum		-(i)um	

Verba actionis aut status IRREGVLARIS CONIVGATIO

Sum, esse

Praesens Indicativus

I	sg.	su-m
II		es-(s)
III		es-t
I	pl.	su-mus
II		es-tis
III		su-nt

Futurus Indicativus

I	sg.	er-o
II		eri-s
III		eri-t
I	pl.	eri-mus
II		eri-tis
III		eru-nt

Possum, posse

Praesens Indicativus

I	sg.	possu-m
II		pote-s
III		potes-t
I	pl.	possu-mus
II		potes-tis
III		possu-nt

Futurus Indicativus

I	sg.	poter-o
II		poteri-s
III		poteri-t
I	pl.	poteri-mus
II		poteri-tis
III		poteru-nt

REGVLARIS CONIVGATIO

Conspicite nunc praesentis thematis vocalem:

Coniugatio I	-ā-
Coniugatio II	-ē-
Coniugatio III	-ī/ŭ- < *-ĕ/ĕ-
Coniugatio IV	-ī-

Videtisne nunc *clavem* diversarum coniugationum? Evidens videtur.

Habito, habitare

Praesens Indicativus

I	sg.	habit-o
II		habita-s
III		habita-t
I	pl.	habita-mus
II		habita-tis
III		habita-nt

Futurus Indicativus

I	sg.	habita-b-o
II		habita-bi-s
III		habita-bi-t
I	pl.	habita-bi-mus
II		habita-bi-tis
III		habita-bu-nt

Habeo, habere

Praesens Indicativus

I	sg.	habe-o
II		habe-s
III		habe-t
I	pl.	habe-mus
II		habe-tis
III		habe-nt

Futurus Indicativus

I	sg.	habe-b-o
II		habe-bi-s
III		habe-bi-t
I	pl.	habe-bi-mus
II		habe-bi-tis
III		habe-bu-nt

Scribo, scribere

Praesens Indicativus

I	sg.	scrib-o
II		scribi-s
III		scribi-t
I	pl.	scribi-mus
II		scribi-tis
III		scribu-nt

Futurus Indicativus

I	sg.	scrib-a-m
II		scrib-e-s
III		scrib-e-t
I	pl.	scrib-e-mus
II		scrib-e-tis
III		scrib-e-nt

Munio, munire

Praesens Indicativus

I	sg.	muni-o
II		muni-s
III		muni-t
I	pl.	muni-mus
II		muni-tis
III		muni-unt

Futurus Indicativus

I	sg.	muni-a-m
II		muni-e-s
III		muni-e-t
I	pl.	muni-e-mus
II		muni-e-tis
III		muni-e-nt

II. ALIAE DOMVS AEDIFICATIONESQVE

- I **BANDVALIS:** Montem ubi Vicus noster situs est *Castrum* appellamus. Sic et vos appellabitis. Olim oppidani montem Ferosum appellabunt, sed postea montem Castri. Et sic nos appellabimus.
- appellabitis: llamaréis
oppidani: habitante d un *oppidum*, ciudadano
appellabunt: llamarán
appellabimus: llamremos
- II **BANDVALIS:** Loca^I ubi homines habitamus sedes appellamus. Sedes vel habitationes loca sunt ubi homines habitant. Plurimae Vici^{II} sedes sunt, aliae urbanae, aliae rurales. Sedes urbanae in urbe vel urbicula sunt. Sedes rurales ruri sunt.
- loca: lugares, parajes
sedes: sedes,
emplazamientos, asientos
habitationes: viviendas
ruri: en el campo (loc.)
- III **BANDVALIS:** Romani in Vicum olim venerunt. Romani cum venerunt litora occupaverunt. Romani magna Vici aedificia exstruxerunt. Publica et privata aedificia aedificaverunt. Portum meliorem fecerunt, et navalia et salinas. Vias et cloacas duxerunt. Aquae ductus etiam duxerunt. Templa, balnea, theatra aedificia publica sunt. Domus villaeque aedificia privata sunt.
- venerunt: llegaron
cum: cuando
litora: costas, litoral
occupaverunt: ocuparon
exstruxerunt: construyeron
aedificaverunt: edificaron
fecerunt: hicieron
navalia: astilleros
cloacas: alcantarillas
duxerunt: condujeron,
hicieron
aquae ductus: acueductos
templa: templos
balnea: baños
theatra: teatros
- IV **BANDVALIS:** Ad vitam agendam Romani planities praeferunt. Romani in planis locis habitare praeferunt quam in arduis locis. Et vos ubi habitare praeferitis?
- ad vitam agendam: para vivir
planities: planicies, llanuras
praeferunt: prefieren
planis: llanos
arduis: escarpados

^I El término *locus* (m.) presenta dos posibles plurales en N-V-A: *loci* (m.) y *loca* (n.).

^{II} *Vici* = locativus. El locativo es un caso marginal que conservan algunas palabras como, por ejemplo, muchos nombres de lugar pero también algunos nombres comunes (cf. *ruri*). Mediante el locativo se indica el lugar en donde (algo está o sucede).

III. PLVRA DE CASIS NOSTRIS

- I **BANDVALIS:** Non omnes sed multi Gallaeci in casis habitaverunt. In terras Gallaecas multi populi de origine diversa venerunt. Gentes Gallae, Germanae, Italiae in Gallaeciam venerunt. Gentes e provincia Tarraconensi atque Lusitana procederunt et huc advenerunt. Et Afri venerunt sed plurimi Gallaeci hic nati sunt.
- plurimi: muchísimos, la mayoría
- II **BANDVALIS:** Casae maiorum nostrorum rotundae fuerunt, nam rotae formam habuerunt. Duo, tres quattuorve casae domum efficiebant quam familia possidebat. Casas parvo muro saepe iunxerunt.
- maiorum nostrorum: de nuestros antepasados
-ve: o (disyuntiva enclítica)
iunxerunt: unieron
- III **BANDVALIS:** Nunc domum familiarem describam. Primam casam describere incipiam. Intrantes in media casa ignem Lararium¹ videre potuerunt. Supra ignem caccabus pendebat. Et supra ignem in medio tecto foramen conspicere potuerunt per quod fumus ad astra ascendebat.
- incipiam: comenzaré
intrantes: los que entran, entrando
ignem Lararium: fuego de los Lares
caccabus: caldero
foramen: agujero
per quod: a través del cual
ad astra: a las estrellas, al cielo
- IV **BANDVALIS:** Sedes et lecti apud pariete familia edebat dormiebatque. In casis demun videre potuerunt.
- sedes: asientos
lecti: lechos
parietes: paredes
edebat: comía
-que: y (copulativa enclítica)
demun: en definitiva
supellectilem: utensilios



¹ Hemos recurrido a esta expresión *ignis Lararius* para referirnos, en realidad, a lo que en las casas gallegas tradicionales se acabará conociendo como *lareira* < *lararia*, es decir, el hogar propiamente dicho, el lugar donde se hace el fuego dentro de la vivienda. El lugar de la lumbre doméstica se conoce también como *lar*, tanto en gallego como en español. Y recuérdese que *Lares*, plural de *Lar*, son en la antigüedad romana espíritus protectores del espacio doméstico.

V **BANVALIS:** Viri mulieresque atque pueri puellaeque interdiu foris multos labores exercent. Omnes maximam vitam extra domos agunt, nonnumquam sub sole laborantes et saepe sub imbris stantes.

interdiu: durante el día
foris: fuera
laborantes: trabajando
stantes: permaneciendo en pie

VI **BANDVALIS:** Cum nox descendit, omnes familiares circum ignem convenimus. Tunc sermones inter nos fiunt antequam cubitum imus.


sermones: conversaciones
fiunt: hay, se hacen
cubitum imus: vamos a acostarnos



CACCABUS

REPASO GRAMMATICAL

- I Sustantivos en N-V-A-G-D-Ā
- II Adjetivos en N-V-A-G-D-Ā
- III Enunciado de sustantivos y adjetivos
- IV Concordancia
- V Verbo sum y possum: Pretérito imperfecto y Pretérito perfecto.
- VI Verbos de la conjugación regular (1ª, 2ª, 3ª, 4ª): Pretérito imperfecto y Pretérito perfecto.



REVISIO GRAMMATICALIS

Nomina

Declinatio I		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus-Vocativus	puell-a	puell-ae
	Accusativus	puell-am	puell-as
	Genetivus	puell-ae	puell-arum
	Dativus	puell-ae	puell-is
	Ablativus	puell-a	puell-is

Declinatio II		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus-Vocativus	puer-discipul-us ^I	puer-i discipul-i
		saecul-um ^{II}	saecul-a
	Accusativus	puer-um discipul-um	puer-os discipul-os
		saecul-um	saecul-a
	Genetivus	puer-i discipul-i	puer-orum discipul-orum
		saecul-i	saecul-orum
	Dativus-Ablativus	puer-o discipul-o	puer-is discipul-is
		saecul-o	saecul-is

^I Vocativus: discipul-e

^{II} Verba declinationis II neutra alias terminationes ac mascula et feminea accipiunt.

Declinatio III		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus-Vocativus	urb-s	urb-es
		nomen- ¹	nomin-a
	Accusativus	urb-em	urb-es
		nomen-	nomin-a
	Genetivus	urb-is	urbi-um
		nomin-is	nomin-um
	Dativus	urb-i	urb-ibus
		nomin-i	nomin-ibus
	Ablativus	urb-e	urb-ibus
		nomin-e	nomin-ibus

Epitheta

II - I - II

III - III

CASVS	M.	F.	N.
N. sg.	parvus	parva	parvum
A. sg.	parvum	parvam	parvum
G. sg.	parvi	parvae	parvi
D. sg.	parvo	parvae	parvo
Ā. sg.	parvo	parva	parvo
N. pl.	parvi	parvae	parva
A. pl.	parvos	parvas	parva
G. pl.	parvorum	parvarum	parvorum
D.Ā. sg.	parvis	parvis	parvis

CASVS	M. F.	N.
N. sg.	notabilis	notabile
A. sg.	notabilem	notabile
G. sg.	notabilis	
D. Ā. sg.	notabili	
N. pl.	notabiles	notabiles
A. pl.	notabiles	notabiles
G. pl.	notabilium	
D.Ā. sg.	notabilibus	

Enuntiatio nominum epithetorumque

Si qualis sit declinatio (vel quomodo declinatio sit) nominis epithetive nosse vultis, huiusce rei rationem habeatis:

Enuntiatio nominum: Nominativus et Genetivus.

Enuntiatio epithetorum: Nominativus trium generum.

Sic enuntiationes varias considerate:

Nomen primae declinationis: puella, puellae (f)

Nomen alterae declinationis: puer, pueri (m)

¹ Verba declinationis III neutra alias terminationes ac mascula et feminea accipiunt.

	discipulus, discipuli (m)
	saeculum, saeculi (n)
Nomen tertiae declinationis:	urbs, urbis (f)
	nomen, nominis (n)
Epitheta 2-1-2 ^I	parvus, parva, parvum
Epitheta 3-3	notabilis, notabile

Concordantia

Maximi momenti est nunc ut concordantiae leges cognoscatis.

Hic epitheti cum nomine concordantiam proponamus. Sic est:

CONCORDAT EPITHETVM CVM NOMINE IN CASV, NVMERO ET GENERO.

Quid hoc vere significat? Epithetum si adiacit ad nomen solus sciendi modus concordantia est.

DESINENTIAE VEL TERMINATIONES

NOMINA ET EPITHETA

		I	II		III	
		(f./m.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)	(n.)
Sg.	N.V.	-a	-us ^{II} / -er	-um	¿?	¿?
	A.	-am	-um	-um	-em	""
	G.	-ae	-i		-is	
	D.	-ae	-o		-i	
	Ā.					
Pl.	N.V.	-ae	-i	-a	-es	-a
	A.	-as	-os	-a	-es	-a
	G.	-arum	-orum		-(i)um	
	D.Ā.	-is	-is		-ibus	

Verba actionis aut status

Quiddam maximi momenti de verbis actionis statusve scire nos oportet, scilicet, *enuntiationes* habere.

Enuntiatio verborum actionis statusve coniugationis classem non solum nobis monstrat, sed alias notitias offert. In fragmenta secemus.

ENVNTIATIONES VERBORVM ACTIONIS STATUSQVE				
	Thema infecti (praesens)	Infinitivus	Thema perfecti (praeteritum)	Thema supini
Irreg.	su-m	es-se	fu-i	Supinum deest
I c.	habit-o	habitā-re	habitav-i	habitatum
II c.	habe-o	habē-re	habu-i	habutum
III c.	scrib-o	scribē-re	scrips-i	scriptum ^{III}
IV c.	muni-o	munī-re	muniv-i	munitum

^I Notatio numerorum Araborum declinationis classem monstrat.

^{II} Nominativus -us > Vocativus -e

^{III} Verba tamquam *facio, facere, feci, factum* III coniugationis sunt.

IRREGVLARIS CONIVGATIO

Sum, esse, fui

Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	era-m
II		era-s
III		era-t
I	pl.	era-mus
II		era-tis
III		era-nt

Possum, posse, potui

Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	potera-m
II		potera-s
III		potera-t
I	pl.	potera-mus
II		potera-tis
III		potera-nt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	fu-i
II		fu-isti
III		fu-it
I	pl.	fu-imus
II		fu-istis
III		fu-erunt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	potu-i
II		potu-isti
III		potu-it
I	pl.	potu-imus
II		potu-istis
III		potu-erunt

REGVLARIS CONIVGATIO

Habito, habitare, habitavi

Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	habita-ba-m
II		habita-ba-s
III		habita-ba-t
I	pl.	habita-ba-mus
II		habita-ba-tis
III		habita-ba-nt

Habeo, habere, habui

Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	habe-ba-m
II		habe-ba-s
III		habe-ba-t
I	pl.	habe-ba-mus
II		habe-ba-tis
III		habe-ba-nt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	habitav-i
II		habitav-isti
III		habitav-it
I	pl.	habitav-imus
II		habitav-istis
III		habitav-erunt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	habu-i
II		habu-isti
III		habu-it
I	pl.	habu-imus
II		habu-istis
III		habu-erunt

Scribo, scribere, scripsi
Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	scribe-ba-m
II		scribe-ba-s
III		scribe-ba-t
I	pl.	scribe-ba-mus
II		scribe-ba-tis
III		scribe-ba-nt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	scrips-i
II		scrips-isti
III		scrips-it
I	pl.	scrips-imus
II		scrips-istis
III		scrips-erunt

Munio, munire, munivi
Praeteritum Imperfectum Ind.

I	sg.	munie-ba-m
II		munie-ba-s
III		munie-ba-t
I	pl.	munie-ba-mus
II		munie-ba-tis
III		munie-ba-nt

Praeteritum Perfectum Ind.

I	sg.	muniv-i
II		muniv-isti
III		muniv-it
I	pl.	muniv-imus
II		muniv-istis
III		muniv-erunt

QVOMODO GALLAECI VITAM AGIMVS (II)?

I. DE FAMILIA NOSTRA

- I **NARRATOR:** Homines qui sub eodem tecto habitant familiam constituunt. Omnes qui domi habitamus familia sumus. Famulus est homo qui famulatur, id est, qui servitutem domesticam servit. Famulus ut famem depellat laborat.
- qui: que
famulus: sirviente
famulatur: sirve
servit: sirve
famem: hambre
depellat: rechace, expulse
- II **NARRATOR:** Quot homines familiam Romanam communem consuetudine et more maiorum componunt? Parentes liberosque et servos familiam componunt.
- consuetudine et more
maiorum: usos y
costumbres de los
antepasados
- III **NARRATOR:** Avus et avia parentum parentes sunt. Pater et mater parentes sunt. Filius et filia parentum liberi sunt. Nepos et neptis liberi liberorum sunt. Patruus frater patris est. Amita soror patris est. Avunculus frater matris est. Matertera soror matris est. Sobrinus et sobrina patruus vel amitae liberi sunt. Consobrinus et consobrina avunculi vel materterae liberi sunt.
- avus: abuelo
avia: abuela
nepos: nieto
neptis: nieta
patruus: tío paterno
amita: tía paterna
avunculus: tío materno
matertera: tía materna
consobrinus: primo
consobrina: prima
- IV **NARRATOR:** Bandualis pater maximam diei partem faber ferrarius laborat. Primum ferrum liquefacit, deinde ferrum fingit vel figurat. Si quod fingis vel figuras, ei formam das. Quas formas ferreas figurat Bandualis pater? Quas figuras ferreas format? Ecce!
- maximam diei partem: la
mayor parte del día
si quod: si algo
fingis: modelas
figuras: das forma

Bandualis pater gladios, pugiones, cultellos, falces, rastra, sarcula, ferrum unguis, etc., fabricatur.


gladios: espadas
pugiones: puñales
cultellos: cuchillos
falces: hoces
rastra: rastrillos
sarcula: sachos, azadas
ferrum unguis: herraduras
fabricatur: fabrica

V **BANDVALIS PATER:** Salvete! Ego Bandualis Callaicus pater sum et diei maximam partem ferrarius laboro. Gladios, pugiones, cultellos, falces, rastra, sarcula, quin etiam ferrum unguis in officina mea conficio. Si ad limen ianuae stabitis, primum me laborare conspiciere poteritis ferrum liquefacientem, deinde formam optatam tribuentem.

quin etiam: incluso
officina: taller
conficio: realizo
limen ianuae: umbral de la puerta
primum: en primer lugar
liquefacientem: derritiendo
deinde: a continuación
tribuentem: dando

VI **NARRATOR:** Bandualis pater aestate messes metit atque fruges colligit. Quo in loco aestatis tempore laborat pater ferrarius? Iulii et Augusti mensibus pater Bandualis in agris publicis metiens atque colligens laborat.

messes: cosechas, productos sembrados y cosechados
metit: cosecha (3ª sg.)
fruges: frutos
colligit: recoge
quo in loco: en qué lugar
metiens: cosechando



VII **NARRATOR:** Bandualis pater nonnumquam medicus fungitur. Manus crassae ei sunt. Manibus suis dentes forcipe extrahit vel, si praefertis, manibus suis dentes extrahuntur. Cur faber ferrarius dentes extrahit? Facile dictu! Quod robustae manus fabris ferrariis sunt.

fungitur: cumple (como), hace la función (de).
crassae: gruesas
forcipe: con una tenaza
si praefertis: si lo preferís
extrahuntur: son extraídos
facile dictu: es fácil decirlo

- VIII **BANDVALIS PATER:** Praeter fabricam ferrariam aliis rebus operam do. Aestate cum viris feminisque oppidanis in agris publicis laboro. Messes metimus atque fruges colligimus. Si quis me requirit, semper adsum.
- praeter: además de, aparte de
fabricam: fabricación
aliis rebus: a otras cosas
operam do: presto atención, me ocupo
si quis: si alguien
requirit: requiere
adsum: estoy presente
- IX **BANDVALIS PATER:** Nonnunquam medicus fungor et ego. Dentes extraho et postea os reficio. Quomodo dentem extraham? Forcipe et maximo robore crassarum manuum utor.
- et ego: también yo
os: boca
reficio: reparo, curo
quomodo: de qué manera
extraham: puedo extraer
robore: fuerza
utor: uso, hago uso de
- X **NARRATOR:** Bandualis mater, Iulia Devia, sapiens femina et peritissima est. Iulia Devia innumeras res facit. Agrum colit, rebus domesticis operam dat, artificia ex argilla viminibusve conficit. Iulia Devia Bandualem patrem curat et liberorum saluti providet. At Iulia Devia semper prona atque parata ad iuvandas feminas in partu enitentes.
- sapiens: sabia
peritissima: muy experta
colit: cultiva
artificia: obras de arte
argilla: arcilla
viminibus: mimbres
curat: cuida
providet: vela (por)
prona: inclinada
parata: preparada
in partu enitentes: que dan a luz
- XI **NARRATOR:** Iulia Devia scientiam adipisci studet, nam curiositatem ad scientiam habendam colit. De plurimis rebus magna ei est cognitio. De usu herbarum cognitionem doctrinamque acquisivit. De confectione unguentorum potionumque ad morbos levandos maxima ei experientia est.
- adipisci: alcanzar
studet: se afana (en), pone empeño (en)
ad scientiam habendam: para tener conocimiento
acquisivit: adquirió
ad morbos levandos: para aliviar dolencias


- XII **IVLIA DEVIA:** Mihi nomen est Iulia Devia et vobis salutem dico. Bandualis Callaici patris uxor sum ergo et Bandualis filii carissimi mater. Interdiu innumeras res me facere oportet. Artificia ex argilla viminibusve conficere mihi placet. Aliquando etiam noctu laborans vigilo, nam obstetrix nonnunquam ad iuvandas feminas quae in partu enituntur revocor.
- ergo et: por tanto también
carissimi: muy querido
oportet: conviene
mihi placet: me agrada
noctu: de noche
laborans vigilo: me paso la noche trabajando
in partu enituntur: dan a luz
revocor: soy llamada
- XIII **NARRATOR:** Iulia, Bandualis mater, legere et scribere didicit. Eam pater litteras docuit. Bandualis maternus avus mercator fuit et nauta qui paene omnem terrarum orbem cognovit. Mare internum vel Mediterraneum et mare externum vel Oceanum navigavit. Ab Oriente libros attulit et artem legendi scribendique filios filiasque docuit.
- didicit: aprendió
docuit: enseñó
paene: casi, prácticamente
cognovit: conoció
navigavit: navegó
attulit: trajo
artem legendi scribendique: el arte de leer y escribir
- XIV **NARRATOR:** Iulia Devia libris opusculisque magno ardore studet. Sic sapiens doctaque fit. Sic legens multa videre atque vivere sine necessitate iter faciendi potest. Sic magno ardore studens quotidie sapientior fit.
- opusculis: obritas
sine necessitate: sin necesidad
iter faciendi: de viajar
- XV **IVLIA DEVIA:** In vicina urbicula nata sum. Ad oppidum, quod Vicum olim appellabitis, accesi ut Banduali Callaico nuberem. Duo liberi mihi sunt: Bandualis Callaicus filius et eius sororcula Quartilla Callaica appellata. Cum pater meus mercator artem mihi legendi scribendique docuisset, in libris ex Oriente adventis unguenta potionesque ad morbos levandos conficere didici. Multum legere amo, non solum de rebus medicis sed etiam de omnibus rebus quae in situ sentire non possum.
- ut ... nuberem: para casarme
sororcula: hermanita
cum ... docuisset: al haberme enseñado
adventis: llegados
unguenta potionesque: ungüentos y pociones
in situ: en ese lugar

- XVI **NARRATOR:** Bandualis soror Quartilla Callaica sex annos nata est. Pupis ludit et puella perlaeta se saepe praebet quae litteras tamen discere non amat. Quartilla crocodilinis lacrimis tantum plorat nisi operam ei satis das¹.
- pupis: muñecas
perlaeta: muy contenta
praebet: muestra, ofrece
crocodilinis: de cocodrilo
plorat: llora
satis: bastante
- XVII **QVARTILLA CALLAICA:** Salvete omnes! Quartilla Callaica, Bandualis Callaici et Iuliae Deviae filia, appellata sum. Interdiu ludere cum amicis atque pupis animalibusque domesticis est quod maxime delectat animum meum. Disciplina tamen litterarum et numerorum parum mihi iucunda est. Ceterum iocari cum fratre meo Banduale mihi placet, quamquam interdum lacrimando finem facio.
- appellata sum: me llamo (lit. fui llamada)
est quod: es lo que
disciplina: estudio, aprendizaje
iocari: bromear
interdum: a veces
finem facio: acabo
- XVIII **NARRATOR:** Bandualis Quartillaeque feles Felix nuncupatur. Eam saepe videre possumus supra culmum sub sole dormientem. Nisi dormit, tum muscas muresque petit, tum auribus arrectis auras sonitusve captat. Bandualis Quartillaeque canis Hypnus appellatur. Hypnum saepe conspicerere potestis oscitantem aut stertentem. Re vera, Hypnus canis Felice fele felicior apparet.
- feles (f): gato
Felix: Feliz
nuncupatur: se llama
nisi: si no
tum: entonces
mures: ratones
auribus arrectis: con la orejas levantadas
auras: brisas, soplos de aire
canis: perro
Hypnus: Sueño
appellatur: se llama
oscitantem: bostezando
stertentem: roncando
felicior: más feliz
apparet: se muestra

¹ Recuerda que *operam dare* significa 'prestar atención'.

REPASO GRAMATICAL

- I Declinación IV y V.
- II Sistema pronominal: reflexivos, demostrativos, anafóricos, relativos.
- III Numerales.
- IV Imperativo.
- V Pretérito pluscuamperfecto.
- VI Participios.
- VII Voz pasiva.
- VIII Verbos irregulares.



REVISIO GRAMMATICALIS

Nomina

Declinatio IV		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus-Vocativus	manu-s	manu-s
		cornu	cornu-a
	Accusativus	manu-m	manu-s
		cornu	cornu-a
	Genetivus	manu-s	manu-um
		cornu-s	cornu-um
	Dativus	manu-i	man-ibus
		cornu-i	corn-ibus
	Ablativus	manu	man-ibus
		cornu	corn-ibus

Declinatio V		Numerus Singularis	Numerus Pluralis
CASVS	Nominativus-Vocativus	die-s	die-s
	Accusativus	die-m	die-s
	Genetivus	die-i	die-rum
	Dativus	die-i	die-bus
	Ablativus	die	die-bus

DESINENTIAE VEL TERMINATIONES

NOMINA ET EPITHETA

		I	II		III		IV		V
		(f./m.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)	(n.)	(m./f.)
SG	N.V.	-a	-us ¹ / -er	-um	¿?	¿?	-us	-u	-es
	A.	-am	-um	-um	-em	""	-um	-u	-em
	G.	-ae	-i		-is		-us		-ei
	D.	-ae	-o		-i		-ui		-ei
	Ā.						-u		-e
PL	N.V.	-ae	-i	-a	-es	-a	-us	-ua	-es
	A.	-as	-os	-a	-es	-a	-us	-ua	-es
	G.	-arum	-orum		-(i)um		-uum		-erum
	D.Ā.	-is	-is		-ibus		-ibus		-ebus

Pronomina quae ad se ipsum referuntur

CASVS		Prima persona	Altera persona	Tertia persona
SG	A.	me	te	se
	G.	mei	tui	sui
	D.	mihi	tibi	sibi
	Ā.	me	te	se
PL	A.	nos	vos	se
	G.	nostrum/-i	vestrum/-i	sui
	D.	nobis	vobis	sibi
	Ā.	nobis	vobis	se

Pronomina demonstrativa vel deictica

Tria sunt pronomina demonstrativa, ut rerum proximitatem longinquitatemve constituere possitis.

CASVS	MAXIMA PROXIMITAS VEL MINIMA LONGINQVITAS	MEDIA PROXIMITAS VEL MEDIA LONGINQVITAS	MINIMA PROXIMITAS VEL MAXIMA LONGINQVITAS
	M. F. N.	M. F. N.	M. F. N.
N.	hic haec hoc	iste ista istud	ille illa illud
A.	hunc hanc hoc	istum istam istud	Eadem declinatio atque <i>iste</i>
G.	huius	istius	
D.	huic	isti	
Ā.	hoc hac hoc	isto ista isto	
N.	hi hae haec	isti istae ista	
A.	hos has haec	istos istas ista	
G.	horum harum horum	istorum istarum istorum	
D.	his his his	istis istis istis	
Ā.	his his his	istis istis istis	

¹ Nominativus -us > Vocativus -e

Pronomina anaphorica

Duo sunt pronomina anaphorica: *is* (simplex) atque *idem* (emphaticum).

CASVS	SIMPLEX	EMPHATICVM
	M. F. N.	
N. A. G. D. Ā.	is ea id eum eam id eius ei eo ea eo	idem eadem idem eundem eandem idem eiusdem eidem eodem eadem eodem
N. A. G. D. Ā.	ei eae ea eos eas ea eorum earum eorum eis	idem eaedem eadem eosdem easdem eadem eorundem earundem eorundem eisdem

Pronomina relativa

CASVS	SIMPLEX
	M. F. N.
N. A. G. D. Ā.	qui quae quod quem quam quod cuius cui quo qua quo
N. A. G. D. Ā.	qui quae quae quos quas quae quorum quarum quorum quibus

Numeri

CARDINALES	ORDINALES
M. F. N.	M. F. N.
unus una unum duo duae duo tres tres tria quattuor quinque sex septem octo novem decem	primus prima primum secundus secunda secundum tertius tertia tertium quartus quarta quartum quintus quinta quintum sextus sexta sextum septimus septima septimum octavus octava octavum nonus nona nonum decimus decima decimum

	M. F. N.
N. A. G. D. Ā.	unus una unum unum unam unum unius uni uno una uno

	M. F. N.
N. A. G. D. Ā.	duo duae duo duos duas duo duorum duarum duorum duobus

	M. F. N.
N. A. G. D. Ā.	tres tres tria tres tres tria trium tribus

Verba actionis aut status

Imperativus modus in praesente tempore.

REGVLARIS CONIVGATIO

Habito, habitare

II sg.	habita
II pl.	habita-te

Habeo, habere

II sg.	habe
II pl.	habe-te

Scribo, scribere

II sg.	scribe
II pl.	scribi-te

Munio, munire

II sg.	muni
II pl.	munit-te

IRREGVLARIS CONIVGATIO

Sum, esse, fui

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		fu- era -m
II	sg.	fu- era -s
III		fu- era -t
I		fu- era -mus
II	pl.	fu- era -tis
III		fu- era -nt

Possum, posse, potui

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		potu- era -m
II	sg.	potu- era -s
III		potu- era -t
I		potu- era -mus
II	pl.	potu- era -tis
III		potu- era -nt

REGVLARIS CONIVGATIO

Habito, habitare, habitavi

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		habitav- era -m
II	sg.	habitav- era -s
III		habitav- era -t
I		habitav- era -mus
II	pl.	habitav- era -tis
III		habitav- era -nt

Habeo, habere, habui

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		habu- era -m
II	sg.	habu- era -s
III		habu- era -t
I		habu- era -mus
II	pl.	habu- era -tis
III		habu- era -nt

Scribo, scribere, scripsi

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		scrips- era-m
II	sg.	scrips- era-s
III		scrips- era-t
I		scrips- era-mus
II	pl.	scrips- era-tis
III		scrips- era-nt

Munio, munire, munivi

Praeteritum Plusquamperfectum Ind.

I		muniv- era-m
II	sg.	muniv- era-s
III		muniv- era-t
I		muniv- era-mus
II	pl.	muniv- era-tis
III		muniv- era-nt

Verba actionis aut status (Participia)

Participia adiectivi sunt qui de verbis actionis aut status procedunt. Videamus nunc Praesens Participium et Perfectum Participium quomodo formantur.

REGVLARIS CONIVGATIO

ENVNTIATA PRAESENTIVM PARTICIPIORVM

- I. **habitans, habitantis**
- II. **habens, habentis**
- III. **sribens, scribentis**
- IV. **muniens, munientis**

ENVNTIATA PERFECTORVM PARTICIPIORVM

- I. **habitatus, habitata, habitatum**
- II. **habitus, habita, habitum**
- III. **scriptus, scripta, scriptum**
- IV. **munitus, munita, munitum**

DECLINATIO

CASVS	M. F.	N.
N. sg.	habitans	habitans
A. sg.	habitantem	habitans
G. sg.	habitantis	
D. sg.	habitanti	
Ā. sg.	habitante/i	
N. A. pl.	habitantes	habitantia
G. pl.	habitantium	
D.Ā. sg.	habitantibus	

CASVS	M.	F.	N.
N. sg.	habitatus	habitata	habitatum
A. sg.	habitatum	habitata	habitatum
G. sg.	habitati	habitatae	habitati
D. sg.	habitato	habitatae	habitato
Ā. sg.	habitato	habitata	habitato
N. pl.	habitati	habitatae	habitata
A. pl.	habitados	habitatas	habitata
G. pl.	habitorum	habitarum	habitorum
D.Ā. sg.	habitis	habitis	habitis

Omnia participia similiter declinantur.

Verba actionis passiva

“Verbum passivum est quod habet naturam patiendi”(Quint. 1, 6, 10). Hoc genus verbi formatur ex verbo activo per mutationem terminationis, ut amatur ex amat, vocatur ex vocat, laudatur ex laudat.

Videamus nunc terminationes passivas quae in Praesentis temporis themate tantum sunt.

VERBORVM ACTIONIS TERMINATIONES VEL DESINENTIAE

		ACTIVAE	PASSIVAE
I	sg.	-o/-m	-or/-r
II		-s	-ris
III		-t	-tur
I	pl.	-mus	-mur
II		-tis	-mini
III		-nt	-ntur

REGVLARIS CONIVGATIO PASSIVA

Habito, habitare, habitavi
Praesens Ind.

I	sg.	habit-or
II		habita-ris
III		habita-tur
I	pl.	habita-mus
II		habita-mini
III		habita-ntur

Habeo, habere, habui
Praesens Ind.

I	sg.	habe-or
II		habe-ris
III		habe-tur
I	pl.	habe-mur
II		habe-mini
III		habe-ntur

Scribo, scribere, scripsi
Praesens Ind.

I	sg.	scrib-or
II		scribe-ris
III		scribi-tur
I	pl.	scribi-mur
II		scribi-mini
III		scribu-ntur

Munio, munire, munivi
Praesens Ind.

I	sg.	muni-or
II		muni-ris
III		muni-tur
I	pl.	muni-mur
II		muni-mini
III		muniu-ntur

ALIA IRREGVLARIA VERBA ACTIONIS STATVSQVE

Volo, velle, volui
Praesens Ind.

I	sg.	vol-o
II		vi-s
III		vul-t
I	pl.	volu-mus
II		vul-tis
III		volu-nt

eo, ire, ivi
Praesens Ind.

I	sg.	e-o
II		i-s
III		i-t
I	pl.	i-mus
II		i-tis
III		eu-nt

Fero, ferre, tuli
Praesens Ind.

I	sg.	fer-o
II		fer-s
III		fer-t
I	pl.	feri-mus
II		fer-tis
III		feru-nt

Fio, fieri, factus sum
Praesens Ind.

I	sg.	fi-o
II		fi-s
III		fi-t
I	pl.	fi-mus
II		fi-tis
III		fi-unt

II. DE VITA COTTIDIANA MEA


- I **BANDVALIS:** Nunc quid faciam cottidie describam¹, nam pueris quindecim annos natis permulta agenda in urbicula nostra sunt.
- quid faciam: qué hago
describam: contaré
permulta: muchas cosas
agenda ... sunt: hay que hacer
- II **BANDVALIS:** Expergiscor enim paulo ante quam sol exoritur. Statim sto vel, si vultis, ut dici solet, ipso facto omni pede sto ad officia sustinenda paratus. Primum faciem frigida aqua lavo. Deinde multo mane ientaculum sumo, castaneas, sardas siccatas, lardi frustum, lac in duritiam coactum vorans.
- expergiscor: me despierto
exoritur: se levanta
statim: enseguida
sto: estoy de pie
ad officia sustinenda:
para abordar mis tareas
faciem: cara
multo mane: muy temprano
ientaculum: desayuno
castaneas: castañas
sardas: sardinas
lardi: de tocino
lac ... coactum: queso
vorans: devorando
- III **BANDVALIS:** Ientaculo sumpto, domo exeo in casam procedens ubi pater laborat. De patre quaero si quid munus efficiendum mihi sit. Nam ut eius cursor ego officiiis fungor. Mox, a secunda hora usque ad quartam, in ludum eo ubi magister litteras pueris oppidanis docet.
- ientaculo sumpto:
tomado el desayuno
exeo: salgo
procedens: yendo
si quid munus
efficiendum mihi sit: si
debo realizar algún
encargo
cursor: recadero
fungor: cumplo
ludum: escuela
eo: voy
- IV **BANDVALIS:** Magister vetulus vir est qui se natum esse dicit in provincia Palaestina haud longe ab Aegypto. In Gallaeciam ad pueros docendos qua de causa venerit mysterium nobis est et multo vereor ne vobis etiam mysterium sit. Num eius nomen divinatis? Ehem, Arcanus est!
- haud longe: no lejos
qua de causa: por qué
motivo
venerit: ha venido
multo vereor ne: mucho
me temo que
sit: sea
num: ¿a que no...?

¹ Recordad que en las conjugaciones III y IV, el Futuro Imperfecto, en primera persona, tiene la misma forma que el Presente de Subjuntivo. El contexto sintáctico nos da la clave. Aquí, *faciam* es Presente de Subjuntivo, en cambio *describam* es Futuro.

- V **BANDVALIS:** Pueri urbiculae meae in ludo gaudemus. Olim forsán ludos litterarios oderitis, sed nobis scholae tempus feré sacrum est. In ludo rationes certe computamus et litteras discimus, sed cum litteris innumeras res de populis locisque toto orbe sparsis novimus. Hoc confiteor: iter facere atque mundum cognoscere plus quam omnia amo.
- ludo: escuela
gaudemus: lo pasamos bien
ludos litterarios: escuelas primarias
oderitis: odiaréis
feré: casi
rationes (computare): hacer cuentas
discimus: aprendemos
sparsis: dispersos
novimus: conocemos
confiteor: confieso
- VI **BANDVALIS:** Post quartam horam domum redeo ad matrem iuvandam si quid domui ei necesse sit. Saepe me gallinarium, columbarium, porci haram purgare decet. Ante meridie, antequam sol altissimus fulgeat, nisi super nubes dormiat, post quintam horam leve prandium sumo. Panem certe cum caseo et carnem salsatam atque exsiccata edo, dum lactis plenam scutellam bibo.
- redeo: vuelvo
ad matrem iuvandam: para ayudar a mi madre
porci haram: porqueriza
fulgeat: brille
dormiat: duerma
prandium: almuerzo, aperitivo
sumo: tomo
salsatam atque exsiccata: cecina
edo: como
scutellam: cuenco
- VII **BANDVALIS:** Si parentes me non iam egent, cum amicis si fieri potest convenio. Saepe quidem pecora extra muros custodientes fabulas mirabiles inter nos narramus. Aliquando certe in portum descendimus ubi piscatores, mercatores et nautas conspiciere et audire possumus. Aliquando tamen in silvis propinquis venamur. Ceterum, innumerae res nobis faciendae sunt hic in urbicula nostra et ad oppidulum, et in montibus et prope maris litus.
- egent: necesitan
convenio: me reúno
pecora: ganado (ovejas, cabras)
certe: ciertamente
venamur: cazamos
nobis faciendae sunt: tenemos que hacer
hic: aquí

VIII **BANDVALIS:** Nocte cadente, cum advesperascit, domum denuo redeo ut cum familia, id est, parentibus sororeque mea, ceno. Magni momenti diei nobis est, tempus sublime et pretiosum, nam post cenam apud ignem sedemus ut mirabilia colloquia inter nos habeamus.

nocte cadente: al caer la noche
advesperascit: comienza a anochecer
ut: para (que)



Magister Arcanus apud ludum litterarium




Pueri pecora custodientes



Familia apud ignem

REPASO GRAMATICAL

- I Grados del adjetivo.
- II Subjuntivo.
- III Infinitivos.
- IV Participio absoluto.
- V Gerundio y gerundivo.
- VI Tiempos de perfecto pasivos.
- VII Voz perifrástica pasiva.
- VIII Verbos deponentes.



REVISIO GRAMMATICALIS

De gradibus epithetorum

Epitheta tres gradus habent: positivum, comparativum, superlativum.

- I Gradus positivus est simplex significatio qualitatis, sine comparatione: fortis, doctus, clarus.
- II Gradus comparativus est quo una res alteram superat aut ei aequatur aut ab ea vincitur. Comparativus superioritatis formatur per additionem suffixi *-ior* in masculino et feminino, *-ius* in neutro genere: fortior, doctior, pulchrior ... *quam*. Exemplum: Marcus est fortior quam Paulus¹. Ad aequalitatem exprimendam *tam... quam* utimur. Exemplum: Marcus tam fortis est quam Paulus. Ad inferioritatem exprimendam *minus... quam* utimur. Exemplum: Marcus minus fortis est quam Paulus.
- III Gradus superlativus est quo res ostenditur in summa qualitate: fortissimus, doctissimus, pulcherrimus. Formatur per suffixum *-issimus*, *-issima*, *-issimum*, vel *-errimus* in quibusdam: celer → celerrimus, pulcher → pulcherrimus.

DECLINATIO

CASVS	M. F.	N.	CASVS	M.	F.	N.
N. sg.	fort-ior	fort-ius	N. sg.	fortissim-us	fortissim-a	fortissim-um
A. sg.	fort-iorem	fort-ius	V. sg.	fortissim-e	"	"
G. sg.	fort-ioris		A. sg.	fortissim-um	fortissim-am	fortissim-um
D. sg.	fort-iori		G. sg.	fortissim-i	fortissim-ae	fortissim-i
Ā. sg.	fort-iore		D. sg.	fortissim-o	fortissim-ae	fortissim-o
N. A. pl.	fort-iores	fort-iora	Ā. sg.	fortissim-o	fortissim-a	fortissim-o
G. pl.	fort-iorum		N. pl.	fortissim-i	fortissim-ae	fortissim-a
D.Ā. sg.	fort-ioribus		A. pl.	fortissim-os	fortissim-as	fortissim-a
			G. pl.	fortissim-orum	fortissim-arum	fortissim-orum
			D.Ā. sg.	fortissim-is	fortissim-is	fortissim-is

Nonnulla epitheta formas comparativas et superlativas irregulariter habent:

Positivus Comparativus Superlativus

bonus	melior	optimus
malus	peior	pessimus
magnus	maior	maximus
parvus	minor	minimus

¹ Aliter dictum: Marcus Paulo fortior est. Hic Paulo in ablativo est.

Verba actionis aut status
IRREGVLARIS CONIVGATIO

Sum, esse, fui

Praesens Subiunctivus

I	sg.	si-m
II		si-s
III		si-t
I	pl.	si-mus
II		si-tis
III		si-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	es-se-m
II		es-se-s
III		es-se-t
I	pl.	es-se-mus
II		es-se-tis
III		es-se-nt

Possum, posse, potui

Praesens Subiunctivus

I	sg.	pos-si-m
II		pos-si-s
III		pos-si-t
I	pl.	pos-si-mus
II		pos-si-tis
III		pos-si-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	pos-se-m
II		pos-se-s
III		pos-se-t
I	pl.	pos-se-mus
II		pos-se-tis
III		pos-se-nt

Volo, velle, volui

Praesens Subiunctivus

I	sg.	veli-m
II		veli-s
III		veli-t
I	pl.	veli-mus
II		veli-tis
III		veli-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	velle-m
II		velle-s
III		velle-t
I	pl.	velle-mus
II		velle-tis
III		velle-nt

Fero, ferre, tuli, latum

Praesens Subiunctivus

I	sg.	fera-m
II		fera-s
III		fera-t
I	pl.	fera-mus
II		fera-tis
III		fera-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	ferre-m
II		ferre-s
III		ferre-t
I	pl.	ferre-mus
II		ferre-tis
III		ferre-nt

Eo, ire, ivi, itum

Praesens Subiunctivus

I	sg.	ea-m
II		ea-s
III		ea-t
I	pl.	ea-mus
II		ea-tis
III		ea-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	ire-m
II		ire-s
III		ire-t
I	pl.	ire-mus
II		ire-tis
III		ire-nt

Fio, fieri, factus sum

Praesens Subiunctivus

I	sg.	fia-m
II		fia-s
III		fia-t
I	pl.	fia-mus
II		fia-tis
III		fia-nt

Praeteritum Imperfectum Sub.

I	sg.	fiere-m
II		fiere-s
III		fiere-t
I	pl.	fiere-mus
II		fiere-tis
III		fiere-nt

REGVLARIS CONIVGATIO

Habito, habitare, habitavi, habitatum

Praesens Subiunctivus Act.

I	sg.	habite-m
II		habite-s
III		habite-t
I	pl.	habite-mus
II		habite-tis
III		habite-nt

Praeteritum Imperfectum Sub. Act.

I	sg.	habitare-m
II		habitare-s
III		habitare-t
I	pl.	habitare-mus
II		habitare-tis
III		habitare-nt

Habeo, habere, habui, habitum

Praesens Subiunctivus Act.

I	sg.	habea-m
II		habea-s
III		habea-t
I	pl.	habea-mus
II		habea-tis
III		habea-nt

Praeteritum Imperfectum Sub. Act.

I	sg.	habere-m
II		habere-s
III		habere-t
I	pl.	habere-mus
II		habere-tis
III		habere-nt

Scribo, scribere, scripsi, scriptum

Praesens Subiunctivus Act.

I	sg.	scriba-m
II		scriba-s
III		scriba-t
I	pl.	scriba-mus
II		scriba-tis
III		scriba-nt

Praeteritum Imperfectum Sub. Act.

I	sg.	scribere-m
II		scribere-s
III		scribere-t
I	pl.	scribere-mus
II		scribere-tis
III		scribere-nt

Munio, munire, munivi, munitum

Praesens Subiunctivus Act.

I	sg.	munia-m
II		munia-s
III		munia-t
I	pl.	munia-mus
II		munia-tis
III		munia-nt

Praeteritum Imperfectum Sub. Act.

I	sg.	munire-m
II		munire-s
III		munire-t
I	pl.	munire-mus
II		munire-tis
III		munire-nt

Infinitivi

Infinitivus non declinatur et forma verbi actionis statusque est quae saepe in constructionibus obliquis adhibetur, maxime post verba voluntatis, cognitionis, dicendi, sentiendi. Exempla huiusmodi sunt: *scio te venire, dicit se legere, volo ambulare.*

Infinitivus in lingua Latina varias formas habet, secundum tempus et genus:

IRREGVLARIS CONIVGATIO

Tempus Genus activum Genus passivum

Praesens	esse	-
	posse	-
	velle	-
	ferre	ferri
	ire	iri
Perfectum	-	fieri
	fuisse	-
	potuisse	-
	voluisse	-
	tulisse	latum esse
Futurum	i(v)isse	itum esse
	-	factum esse
	futurum esse	-
	-	-
	-	-
Futurum	laturum esse	latum iri
	iturum esse	itum iri
	facturum esse	factum iri

Tempus Genus activum Genus passivum

Praesens	habitare	habitari
	habere	haberi
	scribere	scribi
	munire	muniri
Perfectum	habitavisse	habitatum esse
	habuisse	habitum esse
	scripsisse	scriptum esse
	munivisse	munitum esse
Futurum	habitaturum esse	habitatum iri
	habiturum esse	habitum iri
	scripturum esse	scriptum iri
	muniturum esse	munitum iri

Participium Absolutum

In constructio participii absoluti participium cum nomine casu ablativo coniungitur ut sententiam circumstantialem exprimat.

Exempla:

Oppido capto, milites discesserunt.

Nocte cadente, domum redeo.

De Gerundio et Gerundivo

Gerundium est nomen verbi, quod significat actionem in abstracto, sine persona aut tempore, et tantum in casibus obliquis reperitur: genitivo, dativo, accusativo, ablativo. Usus est ad exprimendum modum, causam, finem, aut instrumentum agendi.

Exempla:

Ars legendi nosse oportet

Tempus scribendo consumitur

Gerundivum, autem, est tamquam participium verbi passivi, quod necessitatem aut obligationem agendi significat, et cum substantivo suo congruit in genere, numero et casu.

Exempla:

Librum legendum habeo

Ad puellam laudandam venisti

De constructione verborum passivorum temporis perfecti

Verba Latina in voce passiva temporis perfecti (perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum) periphrastice construuntur, id est duabus partibus constant:

- I Participio perfecto passivo (ex. *habitatus, habitus, scriptus, munitus*).
- II Verbo *esse* in tempore congruenti.

Exempla:

Tempus	Forma activa	Forma passiva
Perfectum	amavit	amatus est
Plusquamperfectum	amaverat	amatus erat

Maximi momenti!

- I Participium perfectum passivum declinatur secundum genus, numerum et casum subiecti.
- II Verbum esse coniugatur secundum tempus et persona.

De voce periphrastica activa et passiva

Constructio periphrastica est forma verbi composita, quae ex participio futuro et verbo *esse* consistit. Usus est ad exprimendam actionem quae est futura, voluntaria, vel destinata.

Periphrastica Activa

- I Formatur ex **participio futuro activo** (ex. *amaturus, laudaturus*) + **verbo esse**.
- II Significat **intentionem** aut **destinatum agendi**.

Exempla:

Marcus librum lecturus est

Milites pugnam ituri sunt

Periphrastica Passiva

- I Formatur ex **gerundivo** (ex. *amandus, laudandus*) + **verbo "esse"**.
- II Significat **necessitatem** aut **obligationem agendi**.

Exempla:

Liber legendus est

Civitas defendenda est

De verbis deponentibus

Verba deponentia sunt verba quae formam passivam habent, sed significationem activam retinent. Dicuntur "deponentia" quia activam formam deposuerunt, id est, non utuntur forma activa, quamvis sensu agendi utantur.

Proprietates verborum deponentium:

- I Coniugantur ut verba passiva: -r, -ris, -tur, -mur, -mini, -ntur
- II Sed sensum activum exprimunt: loquor = dico
- III Participium perfectum est activum: locutus, secutus, gressus¹

Exempla usualia:

Significatio	Verbum	Tempus Praesens	Participium Perfectum
hablar	loqui	loquor	locutus
seguir	sequi	sequor	secutus
partir	proficisci	proficiscor	profectus
exhortar	hortari	hortor	hortatus

¹ Et praesens participium habent. Sic, *loquens* = *qui loquitur* / *locutus* = *qui locutus est*.